

# Edizione del documento

## Lodo arbitrale

1233, gennaio 2, in platea castris Montis Abbatis.

*Rainerio Guerroli e Bonagrazia Dirupati, arbitri eletti dalle parti, cioè da:  
Rainerio e Uguccione Bernardini de Monte Abbatis, anche a nome dei nipoti, figli  
del loro defunto fratello Iacobus, Iacoppus q. Oddonis, anche a nome dei nipoti, figli  
del q. d. Guglielmo, Tribaldo Petri Blanki, anche a nome dei nipoti, figli del q. Beccario, e  
Filippo Orlandini, da una parte,  
e Consolo Martini e Pietro Corboli, sindaci del comune e degli uomini del castrum di  
Mons Abbatis, dall'altra  
emettono un lodo arbitrale concernente l'affrancazione degli uomini del castello.*

Originale, Archivio di Stato di Perugia, Ex Congregazione di Carità, Ospedale di S. Maria della Misericordia, pergamene, n. 3.

In nomine Domini.

Nos Rainerius Guerroli et Bonagratia Dirupati, arbitri seu arbitratores electi a Rainerio et Uguicione Bernardini de Monte Abbatis, pro se et eorum nepotibus filii quondam Iacobi fratris eorum, et Iacoppo quondam Oddonis, pro se et suis nepotibus, filiis quondam domini Guilielmi, et Tribaldo Petri Blanki, pro se et suis nepotibus, filiis quondam Beccarii, et Phylippo Orlandini, ex una parte, et a Consulo Martini et Petro Corboli, syndicis comunis et hominum castris Montis Abbatis, nomine dicti comunis et hominum dicti castris ex altera  
super ordinamento cordie<sup>a</sup> de libertate et franketate danda comune et hominibus dicti castris et de fatienda fine et refutatione de omni dominio et iurisdictione que et quam predicti domini habent in dicto castro et in hominibus dicti castris, habitantes in dicto castro et in eius curia et pertinentia, vel alias ubicumque ipsi habitent, qui fuerunt de dicto castro, volentes venire ad hanc concordiam et tenere et observare quicquid in hac concordia continetur, de hinc ad unum annum completum, et super omni eo quod hoc comune et homines dicti castris dare teneantur predictis dominis, et super omni eo quod occasione dicte concordie inter eos dicere voluerimus, ut continetur in compromisso inde facto in nobis,  
unde in Dei nomine nos predicti arbitri, pro bono pacis et concordie sic inter eos laudamus, arbitramus et precipimus  
quod predicti Rainerius et Uguicio, pro se et eorum nepotibus filiis dicti Iacobi, et predictus Iacoppo<sup>b</sup>, pro se et suis nepotibus, filiis domini Guilielmi, et Tribaldus, pro se et suis nepotibus, filii Beccarii, et Phylippus Orlandini, pro se et suis filiis et heredibus, faciant generalem finem et refutationem et renuntiationem atque transactionem, remissionem et pactum de non petendo ulterius vel inquietando, predictis Consulo Martini et Petro Corboli, scyndicis comunis dicti castris, et predictis consulibus Bertraimo et Iohanni<sup>c</sup> recipientibus vice et nomine dicti castris et pro universitate dicti castris et pro singulis hominibus de universitate ipsius castris, de omni iure, consuetudine et obsequium, servitiis, prestationibus, usariis, diricturis et redivisibus iustis et iniustis et

<sup>a</sup> Così nel testo, sarà "concordie"

<sup>b</sup> Così

<sup>c</sup> Di questi consoli si parla solo a questo punto!

30 iurisdictionibus, de omni dominio et de omni ea que ex contractu antico<sup>d</sup> vel novo contra homines dicti castri dicere vel causare possent vel actenus potuerunt vel habuerunt in personis et rebus, quas ipsi habent et tenent vel alii pro eis quoquo modo, vel in futurum habere possent, ipsi vel homines eorum domus, vel Ranerius Bernardini et eius filii aut alii homines de domo eorum aut antecessores sui.

Et promittant eis eos et dictum comune defendere et acquietare ab omnibus hominibus de domo eorum et a dicto Ranerio Bernardini et filiis et ab omnibus hominibus abentibus<sup>e</sup> causam ab eis et de domo eorum et insuper promittant eis quod nullum ius inde alteri dederunt vel concesserunt et omne ius quod habent in dictis rebus eis dent atque concedant.

35 Et omnia instrumenta que sunt inter predictos dominos et comune dicti castri sint cassa et vacua, que nullo modo valeant contra hoc laudum. Salvo ipsi domini terrenum<sup>f</sup> de Costa collis, quod receperunt in parte de terreno comunantiarum.

Pro qua quidem fine et refutatione laudamus, arbitramus atque precipimus quod predicti syndici et consules dicti castri, nomine comunis dicti castri, dent et concedant predictis dominis Rainerio, Uguicione et Iacoppo et Tribaldo, recipientibus pro se et eorum nepotibus, et Phylippo Orlandini, medietatem omnium terrenorum comunantiarum, tam de silvis quam de terris laboratis et non laboratis, cultis et incultis:

40 in primis, medietatem de toto terreno et silva que est et quod est positum circa castrum predictum, sive sicut terminatum est superius circa castrum et ante portam, et sicut mictit via que venit ad vadum Castellani et sicut mictit fossatum Planse a pede et exit ad vineam filiorum Brunaccii Simeonis, et sicut mictit fossatum aliud quod est a latere et exit ad viam et ad terminum positum in plano S.Andree et sicut mittit via que venit ante plebem. Salvis ortalis sive terreno que habent infra dictos fines spetiales homines et ecclesia plebis, sive in Valle Grilliole et in Grippo Marro.

45 Que silva et terrenum infra dictos fines predicti syndici teneantur dividere, placet eis in duas partes, placet eis in quatuor partes, sine malitia, dando licentiam sive lettam predictis dominis accipiendi partes quas voluerint. Et si dividerent in quattuor partes teneantur facere duas partes de toto terreno quod est ab ista parte plebis versus dictam plebem, sicut mittit olive Divizissekis que sunt posite in ortis per directum usque ad terram Ildebrandini<sup>g</sup> Aportoli, usque ad viam que vadit ante plebem sine malitia; de toto alio terreno et silva circa castrum teneantur facere alias duas partes sine malitia.

50 Item de toto alio terreno et silva comunantiarum positarum in Cerretis, in Luparciano, in Scanpaticciis, in Bossetis et de Corgnetis, et de toto terreno posito et silva posito sive posita<sup>h</sup> in Monte Plogiano, in Costis Loreti et in aliis locis ubicumque est similiter teneantur dividere in duas partes sine malitia. Ita quod totum terrenum et silvam de Monte Plogiano veniat in una parte et terrenum et silvam de Costis Loreti veniat in alia.

55 Et predictum terrenum et silvam circa castrum predicti syndici teneantur dividere eo modo ut dictum est, et dare lectam accipiendi predictis dominis hinc usque ad proximum initium Quadragesime. Aliud terrenum vero et silva totum teneatur dividere eo modo ut dictum est, hinc usque ad proximum festum Pasce Resurrectionis Domini et dare lectam accipiendi predictis dominis. Et predicti domini teneantur recipere partes infra XV dies postquam lecta acceperint et data fuerit. Et omne ius, rationem et actionem que et quas habent in medietate totius dicti terreni et silve eis dent atque concedant.

60 Item laudamus, arbitramus atque precipimus quod predicti Ranerius, Uguitio, Iacoppo<sup>i</sup> et Tribaldus, pro se et eorum nepotibus, filiis et heredibus, et Phylippus Orlandini pro se et suis heredibus, teneantur dare libertatem et frankitatem omnibus hominibus de castro Montis Abbatis et eius curia, et qui fuerunt de ipso castro, et qui liberi non sunt, eis pertinentibus, et facere eis inde cartam ad

70

---

<sup>d</sup> Così

<sup>e</sup> Così

<sup>f</sup> Così

<sup>g</sup> *Ildebrandini*, senza segno di abbreviazione

<sup>h</sup> Così

<sup>i</sup> Così

sensum eorum sapientis et secundum quod Iacobinus notarius rogaverit. Et omnes homines predicti qui recipient ab eis cartam franketatis teneantur iurare, assignare et dare eis medietatem omnium rerum et bonorum suorum, libere et absolute et sine debito de omnibus rebus quas ipse vel alius pro eis habent et tenent quoquo modo, vel habuerint a proximo preterito festo S.Andree usque nunc, tam de dotibus quam de aliis rebus.

75 Et si assingnaverunt se habere<sup>j</sup> aliquod libellum vel feudum a predictis dominis vel ab eorum antecessoribus vel a comite vel a suis antecessoribus, teneantur eis reddere liberum et absolutum, et tenimentum et super presam similiter. Et si assingnaverunt se habere ab aliqua ecclesia vel persona aliquod libellum vel feudum, teneantur ostendere eis instrumentum libelli vel feudi, si habent, et

80 teneantur dare eis medietatem eodem modo sicut habent, concedendo et cedendo eis ius quod ibi habent. De blado quod est in terreno de feudis debeant habere hoc hanno tertiam partem omnium fructuum.

Item si discordia apparuerit inter eos de feudis, sive si predicti domini dicere voluerunt talem terrenum vel talem rem fuisse feudum vel esse et homines negaverunt, tunc liceat predictis dominis

85 eligere tres homines ydoneos qui sint de dicto castro et tales qui non sint de eorum familia nec eorum subditi vel homines et illud quod ipsi vel duo ex eis concordaverint eorum sacramento quod sit publicum et publica fama sit et voce talem rem fuisse feudum, habeatur pro firmo et teneantur reddere predictis dominis liberam et absolutam.

De facto palatii quod comes Rainerius ordinavit facere in castro Montis Alibiani, secundum quod

90 apparet in istrumento scripto per manu Gratiani notarii, precipimus et laudamus quod homines dicti castri tenentur deferre lapides, calcinam et arenam in tanta quantitate quod bene sufficiat ad murandum et componendum medietatem totius dicti palatii, pro eadem mensura et quantitate prout dispositum fuit et ordinatam<sup>k</sup> prout continetur in dicto instrumento, et de ipsa quantitate que sufficiat ad complendam dictam medietatem debeant stare mandato et ad dictum et arbitrium

95 magistri Brunacii Olivoli de Burgo S.Savini. Eo salvo quod homines qui receperint libertatem seu franketatem a dicto comite Rainerio post factum contractum dicti palatii, non teneantur cogere ad deferendum lapides vel calcinam nec arenam pro dicto palatio, nisi fieret de eorum voluntate.

Item laudamus quod, si aliquis homo de aliis partibus qui non sit vel fuisset de Monte Abbatis vel eius districtu et qui non sit homo predictorum dominorum voluerit venire ad habitandum in dicto

100 castro vel extra a terminis infra, dicimus quod non recipitur nisi dederit comune dicti castri IIII libras denariorum, de quibus medietas sit predictorum dominorum et aliam medi[etatem?] comune dicti castri, et ab inde in antea sint vel sit liberi et absoluti cum omnibus suis rebus.

Item laudamus de rebus hominum qui fuerunt de dicto castro vel eius curia qui non sunt absentes, si dicti homines reversi non fuerint, vel redire noluerint ad dictum castrum ad recipiendam libertatem,

105 ut alii homines supradicti, hinc ad unum annum, medietas omnium bonorum eorum deveniat ad predictos dominos et aliam medietatem ad comunem<sup>l</sup> dicti castri, sive de rebus quas ipsi habent in dicto castro et eius curia. Et si venerint predicti homines infra dictum tempus predicti domini teneantur dare eis franketatem eodem modo ut dictum est de aliis, recipiendo ab eis medietatem eorum bonorum.

110 Item laudamus quod predicti domini sint liberi et absoluti de omnibus rebus quas ipsi vel alius pro eis abstulerint alicui de dicto castro occasione guerre vel alio modo vel nomine bandi.

Item laudamus quod homines dicti castri teneantur dare predicti domini vacuam et absolutam et liberam possessionem casalini quod promiserunt dare comiti Rainerio de eadem mensura et quantitate, prout continetur in instrumento inde facto.

115 Item laudamus atque precipimus quod predicti domini teneantur defendere et acquietare comune et homines dicti castri qui recipient vel receperint libertatem ab ipsis dominis, a comite Ranerio predicto et filiis et suis heredibus et ab omnibus hominibus eorum domus et insuper ab omnibus aliis personis hominum omni tempore, qui pro eis vel eorum occasione litem vel molestiam eis in

---

<sup>j</sup> *Se habere* ripetuto

<sup>k</sup> Così

<sup>l</sup> Così

120 aliquo tempore facerent. Eodem modo precipimus quod comune et homines dicti castri et consules  
qui pro tempore fuerint in dicto castro teneantur predictis dominis defendere et acquietare totum  
terrenum et silvam quod laudatum est superius quod ipsi debeant habere, ab omnibus personis  
hominum qui pro eis vel eorum occasione dixerunt se habere ius in dictis rebus a comune dicti  
castri vel aliquo homine ipsius castri qui litem vel molestiam eis in aliquo tempore inde facerent. Et  
125 una pars alterius teneantur inter se<sup>m</sup> facere inde et de omnibus aliis que in hoc arbitrio continetur  
instrumentum finitionis et refutationis, quietationis, promissionis et obligationis secundum tenorem  
huius arbitrii, ad sensum eorum sapientis, sive domini Mattei et Iacobini notarii.

Item laudamus atque precipimus quod sit salvum predictis dominis totum casamentum seu domos,  
casalina et plateas, vias et stratas, turrim, sicut nunc fundata est, et [... ?], parola semicancellata],  
que et quas ipsi habent et possident infra dictum castrum vel extra, quod nullum preiudiciat<sup>n</sup> eis de  
130 predictis hoc arbitrium.

Et precipimus quod predicti domini de cetero non possint habere nec debeant retinere nec facere  
habitare aliquem eorum hominem in dicto castro, nec a terminis statutis et ordinatis infra versus  
dictum castrum nullo tempore. Eo salvo quod, si predicti domini<sup>o</sup> vel aliquis ex eis vel eorum  
eredes vel aliquis de familia eorum voluerit venire ad habitandum in dicto castro, quod possit facere  
135 et habitare ibi cum eorum bobulcis, ortulanis et vingnaris qui sunt et steterint cum eis, expensis  
ipsorum dominorum. Consules vero seu bailitores sive rectores qui pro tempore fuerint in dicto  
castro non possint nec debeant cogere eos iurare nec stare sub eorum balia, nec quod dent eis  
collectam vel datam nec cogere eos ad emendandum bandum et folias.

Item de facto infrascriptarum personarum que cessant venire ad libertatem, sive de Ranutio Ugoli  
140 fabri, Magaloceti Bonifatii, de Berta uxore quondam Ugolini calzolarii, de filiis Lamandina et filiis  
Adelina, Grosserola, Mabilia Bencii et filiis Todisca Iacopelli, Santese Miccoli, Gratiana et filia, de  
filia Maffei de Bricca, de filiis Deotesalvi mognarii, de uxore Mereta et filii Lutiana Bondie, de filiis  
Ranutii Clementoli, de omnibus supradictis hominibus et feminabus sic inter eos laudamus quod si  
145 ipsi non venerint ad libertatem ut alii homines dicti castri, teneantur non dare eis auxilium nec  
facere cum eis mercatum vel prestatiam dare, quo usque venerint ad libertatem, et non facere de eis  
esserium<sup>p</sup>.

Item de facto Ildebrandini Aportoli et nepotum de podere quod fuit Vitolli quod venit in parte donni  
Simeonis, de podere quod fuit Petri vignarii, de Iohanne Cecabovis, de Iacobo Phylippi, de  
Iohannello et de uxore de Paltonerio, de Ucello et Scangno vasariis, de Iacobo barberio, de Munaldo  
150 et filio Iohannis domine Berte, Taffurello de Suppono et Benevenisse, de omnibus supradictis  
precipimus quod homines dicti castri nullum esserium<sup>q</sup> faciant de ipsis predictis dominis nec dent  
eis adiutorium contra eos.

Hec omnia tenere et observare omni tempore et non contravenire in aliquo tempore, sub pene  
ducentarum marcarum puri argenti laudamus, arbitramus atque precipimus, quam penam, si qua  
155 partium hoc nostrum arbitrium tenere cessavit teneatur dare et componere alteri parti fidem servanti,  
et soluta vel non pena hoc arbitrium firmum permaneat omni tempore.

Actum fuit hoc arbitrium in platea castri Montis Abbatis in anno Domini millesimo ducentesimo  
XXXIII indictione VI mense ianuarii die secundo intrante, tempore domini Gregorii pape noni  
160 coram domino Matteo iudice, Clerico Iacobi, Suppolino Guiducii, Petro Muscke, magistro Iohanne  
notario de Marsciano, Iohanne Petri Sappante<sup>r</sup> notario, Bonaiuncta notario, Gratiano notario,  
Bendefende de Polo, Benetende Michaelis, donno Simeone et donno Ranerio Petri et aliis.

---

<sup>m</sup> *Inde* depennato

<sup>n</sup> Così

<sup>o</sup> *Domini* soprascritto

<sup>p</sup> Così sciolgo il lemma “*eerium*”, con segno di abbreviazione sopra la doppia, e tuttavia il significato di tale termine, assente dal lessico del Du Change e dagli altri disponibili, rimane oscuro, naturalmente posto che la lezione sia corretta

<sup>q</sup> Vedi nota precedente

<sup>r</sup> Dubbia sia la lezione *Sappante*; non è inoltre chiaro se si tratti di un solo personaggio o di due, cioè *Iohannes Petri* e *Sappante notarius*

165 Ego Iacobinus imperialis aule notarius supradictum arbitrium, mandato predictorum arbitrum interfui in omnibus predictis et scripsi et in publicam formam redegi.